



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

125. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

80 R E G I N O N I S L I B . I.
omnino prohibemus; ne, quod valde inreli-
giosum est, aut venalis, quod absit, dicatur
Ecclesia, aut de humanis mortibus videamus
gratulari, si compendium exinde studemus
modo quolibet querere.

U t nullus in Ecclesia mortuum sepeliat. Ex
Capitulis synodalibus tit. C L V I.

Lib. 1. Capi-
tular. c. 159. C X X I V . Ut nullus deinceps in Ecclesia
mortuum sepeliat.

De eadem re. Cap. x l v i .

Lib. 2. Capi-
tular. c. 47.
Concil. Are-
lat. 6. c. 21. C X X V . Ut de sepeliendis in basilicis
mortuis constitutio illa servetur quæ ab anti-
quis patribus constituta est.

Ex Concilio Nannetenfi.

Concil. Nan-
net. c. 6.
Burchard. lib.
3. c. 159.

Præcipiendum, secundum canonum aucto-
ritatem, ut de sepulcris & hominibus sepe-
liendis nihil muneris exigant; nisi fortè qui se-
pelitur, vivens jussit Ecclesiæ, in cuius atrio
sepelitur, de suis rebus aliquid tribuere, aut
etiam post mortem illius, quibus commissum
est ejus eleemosynam facere, de rebus illius
aliquid dare sponte voluerint. Tamen nullaten-
nus à Presbyteris illis aliquid exigatur, sive ab
illis qui locis & vicis præsunt. Prohibendum
etiam, secundum majorum instituta, ut in Ec-
clesia nullatenus sepeliantur, sed in atrio aut
in porticu aut exedra Ecclesiæ. Infra Eccle-
siam verò, aut prope altare, ubi corpus Do-
mini & sanguis conficitur, nullatenus habeant
licentiam sepeliendi.

De